

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Gratitudo siue graciarum actio y
cum fonte primo

Sapienti notum est quanti res queque taxanda sit.
Nam stultus, eciam si bone uoluntatis est,
aut minus quam debet aut tempore aut quod non debet reddit loco,
id quod reddendum est effundit atque abicit.

Seneca ibidem (LXXXIII. epistola).

Uni sapienti notum est quanti res quaeque taxanda sit.
Nam ille de quo loquebar modo stultus, etiam si bonae voluntatis est,
aut minus quam debet aut <alio quam debet> tempore aut quo non debet loco reddit;
id quod referendum est effundit atque abicit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 81.8 (L. Reynolds ed., vol.1,
p.265, ll.23-27).